Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift



artaxiam v dimicasse quidem antiochum nouimus.
sed illum in regno pristino pmansisse. ergo dicam
quod omnes scriptores ecclesiastici tradiderunt. in
consummatione mundi quando regnũ destruen
dum est romanorũ. decem futuros reges. q orbem
romanũ inter se diuidant. & undecimũ surrecturũ
regem paruulum qui tres reges de decem regib
superaturus sit. id est egypriorũ regem & affricę.
& ethiopię. sicut in sequentib manifestius quam festius
discimus. quib interfectis etiam septem alii reges
victori colla submittent. Et ecce ait oculi quasi
oculi hominis erant in cornu isto. Ne eũ putemus
iuxta quorundam opinionẽ vel diabolum esse vel
demonem sed unum de hominib in quo totus sata
nas habitaturus est corporaliter. Et os loquens in
gentia. Est enim homo peccati filius pditionis. ita ut
in templo di sedere audeat. faciens se quasi deum.
Aspiciebam donec throni positi sunt. & antiquus
dierum sedit. & reliqua. Simile quid & in iohannis
apokalipsi legimus. Post hec statim fui in spiritu. &
ecce thronus positus erat in celo. & sup thronum
sedens. & qui sedebat similitudinẽ habebat lapidis